

CONSPECTUS OPERIS

PRAEFATIO. pag. 3

PROLEGOMENON DE ECCLESIA

Adumbratio Ecclesiae

- §. I. *Definitione petita ex ipso nomine, quae definitio realis quidem est licet inadaequata, defini sic potest Ecclesia ut dicatur: coetus divinitus evocatorum ad colendum Deum.* pag. 7
- §. II. *Christus instituens ministerium apostolicum instituit eo ipso Ecclesiam suam, eique certam formam tribuit societatis.* » 8
- §. III. *Etsi Ecclesia Christi certa quodam veraque ratione exstiterit semper, specialem tamen constitutionem et formam Christo auctore obtinuit; qua factum est ut post Christum nemo ad Ecclesiam veram spectet, qui non spectat ad hanc Ecclesiam Christo auctore institutam.* » 14
- §. IV. *Finis institutae a Christo Ecclesiae est ut homines per eam et in ea sanctitatem et salutem consequantur: quocirca distinguendum est in ipsa Ecclesia id quod habet rationem medii et id quod habet rationem finis.* » 17
- §. V. *Ecclesia Christi est coetus supernaturalis.* » 18
- §. VI. *Ecclesia Christi est coetus distinctus a Synagoga. »* 19
- §. VII. *Ecclesia Christi est necessaria ex divina institutione omnibus hominibus necessitate medii et praeepti; ideoque qui huic divinae institutioni non fecerint satis salvi esse non possunt.* » 20
- §. VIII. *Ecclesiam suam ita Christus instituit ut perenniter usque ad consummationem seculi absque ulla substantiali mutatione sit necessario exstitura.* » 27
- §. IX. *Ecclesia idcirco defini realiter potest: regnum Christi in terris auctoritate apostolica regendum. »* 30

- §. X. *Ecclesia Christi est societas hominum ex essentia sua visibilis: quocirca non duplex est Ecclesiae forma, altera invisibilis, visibilis altera, ita ut priore essentia Ecclesiae contineatur; sed una est Ecclesia essentialiter visibilis, verbumque Dei pervertunt Protestantes cum duplicem formam Ecclesiae discernentes, soli Ecclesiae sub forma invisibili existenti praerogativas verae Ecclesiae competere contendunt.* pag. 32
- §. XI. *Cum Ecclesia sit corpus Christi vivens, duplicem primo putamus distinguere posse in eo vitam, alteram externam et socialem, cuiusmodi competere potest cuique bene institutae societati, alteram internam, quae singula membra immediate afficit, vel afficere potest. Ratione huius alterius vitae duplex distingui solet elementum in Ecclesia, interius et exterius, anima et corpus. Corpus iis elementis constituitur quibus forma socialis Ecclesiae continetur, nempe ministerio Pastorum omniumque subordinatione, professione fidei, sacramentorumque participatione. Anima sunt dona interiora fidei et caritatis, gratiae sanctificantis, ceterarumque virtutum. Duplex ergo principium formale distinguendum est in Ecclesia; alterum PRINCIPIUM FORMALE SOCIETATIS, alterum PRINCIPIUM FORMALE VITAE SUPERNATURALIS IN MEMBRIS. Illud essentialiter est Ecclesiae ut ea sit societas, mediumque idoneum hominibus pro consequenda iustitia et salute; hoc necessarium est membris ut illud assequantur et sint propter quod ad Ecclesiam sunt vocati. Porro sicut iustitia necessaria non est ut quis membrum Ecclesiae censeatur, ita cum Bellarmino arbitramur occultam haeresim non impedire quominus adhuc aliquis sit Ecclesiae membrum.* » 45

Penitior Ecclesiae notio ex eius potestate.

De subiecto potestatis

- §. XII. *Christus potestatem instituens Ecclesiae suae, non eam universo fidelium coetui communicavit ut ab hoc certis ministris delegaretur, sed certis personis immediate contulit propagandam perpetuo ab illis in alios qui determinato ritu et legitima auctoritate assumerentur: quocirca ex Christi institu-*

- tione ac iure divino repetendum est discrimen quod inter clericos laicosque intercedit.* pag. 64
- §. XIII. *Ritus impositionis manuum quo Christo auctore in ordinem hierarchicum adleguntur homines, est sacramentum proprie dictum, quod et imprimit characterem.* » 76
- §. XIV. *Traditione autem christiana certum est duplicem iure divino ordinem esse Episcoporum et Presbyterorum, atque his esse illos iure divino superiores: ritus autem sacer quo initatur Episcopus sacramentum est distinctum ab eo sacramento quo initatur Presbyter.* » 84
- §. XV. *Ad ordinem hierarchicum pertinent quoque diaconi inferiores presbyteris et episcopis, eorumque ordinatio sacramentum esse censenda est.* » 96

De natura huius potestatis

- §. XVI. *Origo huius potestatis proprio et speciali sensu est divina.* » 107
- §. XVII. *Potestatem iurisdictionis in Ecclesia praeter Petri successores obtinere debent ex Christi institutione Episcopi qui singulis Ecclesiis ordinaria et immediata iurisdictione praesint.* » 108
- SCHOLION » 114
- §. XVIII. *Ratione habita finis Ecclesiae et originis potestatis qua Ecclesia regitur, liquet Ecclesiam esse societatem perfectam, et a civili prorsus independentem.* » 117
- §. XIX. *Potestas ecclesiastica est iure divino potestas iurisdictionis vere coactiva.* » 126
- §. XX. *Ipsa auctoritas in Ecclesia docendi, quam consequitur in fidelibus obligatio credendi id quod a magisterio proponitur, pars est potestatis iurisdictionis.* » 156

De proprietatibus Ecclesiae ex hac potestate profectis

- §. XXI. *Voluit Christus Ecclesiam suam infallibilem esse circa omnes veritates revelatas et eas quae cum ipsis nexum dogmaticum habent: atque hanc infallibilitatem voluit ope magisterii a se instituti obtineri: quocirca necesse est Ecclesiam auctoritate infallibili in docendo semper potiri.* » 159

- §. XXII. *Verae Christi Ecclesiae proprium est ut sit una, et quidem unitate triplici, nempe unitate communionis, sive sociali, propter quam unica quoque sit Ecclesia: unitate symbolica h. e. professionis fidei tum materiali tum formali: atque unitate rituali, eademque pariter tum materiali tum formali.* . pag. 180
- §. XXIII. *Ex demonstratis colligitur haereticos, schismaticos, atque etiam catechumenos non esse actu membra Ecclesiae.* » 190
- §. XXIV. *Altera proprietas Ecclesiae est Sanctitas; eaque tum ipsi Ecclesiae essentialis, tum quae ex divina promissione semper erit in Ecclesia, quae quidem sanctitas cum potestate a Christo instituta veluti obnoxio principio sui est necessario connexa.* . . . » 203
- §. XXV. *Ecclesiae Christi proprium rursus est ut non iure tantum, sed et facto sit catholica, h. e. ea communionem contineatur, quae absolute ampla sit, relative vero amplior sit quovis coetu qui Christiani nomen sibi immerito usurpat. Cum autem in catholicitate elementum materiale et formale distinguatur, principium formalis catholicitatis esse debet Ecclesiastica potestas a Christo instituta.* » 209
- §. XXVI. *Proprietatibus Ecclesiae ea connumeranda est ut sit Apostolica, h. e. ab Apostolis instituta, ab Apostolorum successoribus, qui nedum materialiter sed formaliter tales sint, ita regatur ut ad Apostolos rursus, interrupta nunquam Pastorum successione, eius auctoritas revocetur.* » 215

DE ECCLESIAE CAPITE
SEU
DE ROMANO PONTIFICE

PARS I.
DE PRIMATU B. PETRI

CAPUT I.

DE INSTITUTIONE PRIMATUS B. PETRI

- THESIS I. *Tenendum est « iuxta Evangelii (Matth. XIV, 16-19) testimonium Primatum iurisdictionis in universam Dei Ecclesiam immediate et directe beato Petro Apostolo promissum a Christo Domino fuisse. »* (Conc. Vatic. Sess. IV, c. 1) pag. 225
- THESIS II. *Verbis Christi Luc. XXII, 31. 32. divina promissio continetur infallibilis magisterii Petri eidemque divinitus commissi muneris confirmandi fratres. »* 279
- THESIS III. *Fidem datam Matthaei XVI et Luc. XXII Christus post resurrectionem suam liberavit Ioannis XXI, 15. seqq., unigue Petro primatum iurisdictionis contulit in universam Ecclesiam. »* 291
- THESIS IV. *Cum testimoniis allatis cohaerent tum speciales formulae ab Evangelistis adhibitae quum loquuntur de Petro, ex quibus patet illum Apostolis ceteris nobiliorem ac potiore ipsos credidisse; tum quae in primis Actuum capitibus narrantur, quibus exercitium Primatus non obscure significatur. . . »* 298
- THESIS V. *Petri Primatum non excludit vel enumeratio instituta a Paulo 1. Cor. XII, 28. Ephes. IV, 11. charismatum munerumque quae in Ecclesia obtinent; vel reprehensio ea qua Paulus restitit in faciem Petro Gal. II, 11. seq.: imo huius reprehensionis historia accurate perpensa Petri Primatum manifestissime probat. »* 302
- THESIS VI. *Dignitate Apostolatus breviter adumbrata docemus extraordinariam potestatem singulis Apostolis communem non prohibuisse quominus Petrus inter Apostolos excelleret, primatuque iurisdictionis in ipsos quoque gauderet. »* 307